UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Tit. I. De summa Trinitate & Fide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

JURIS CANONIC[I]
Per
EROTEMATA
DIGESTI ET ENUCLEAT[I]
LIB. I. TIT. I.
De Summa Trinitate & Fide Catholica.

1. *Cur ab hoc Tit. hanc ſuam compila[tio]nem orditur Pontifex?*

TUm quia omnis operis boni ex[ordi]um a DEO Opt. Max. uno & tr[ino] capiendum eſt; tum quia fides eſt pri[mum] jus, jus ſcil. divinum, ac fundame[ntum] totius Reipubl. Chriſtianæ, unde m[erito] primum in jure Pontificio loco obti[net].

2. *Quid eſt ſumma Trinitas?*

Eſt collectio trium unitatum, [&] trium unitas, quia Pater & Filius & [Spi]ritus Sanctus ſunt trinitas & unitas. [Unum] enim & unum ſunt propter maje[ſtatis] communionem; & tres propter pro[prie]tatem perſonarum. Tres ſunt, i[nquit] Tertull. *non ſtatu, ſed gradu; non* [ſub]*ſtantia, ſed forma; non poteſtate, ſe[d ſpe]cie.* In hac Trinitate non eſſentia [...]

Iſid. lib. 5. *Orig.*

ti[...]

tiam, ſed perſona genuit perſonam. Verum hæc & ſimilia interioris atque arcanioris Philoſophiæ ac Theologiæ ſunt, quæ ultra non libet attingere.

De Conſtitutionibus.

TIT. II.

Conſtitutio, Reſcriptum & Conſuetudo ſunt generaliora quædam Juris Pontificii principia, ad omnes Juris partes pertinentia, quorum propterea tribus prioribus Titulis explicatur vis & natura.

1. *Conſtitutio quid?*

CONſtitutio, generaliter accepto vocabulo, eſt quælibet pars Juris Pontificii ſcripti, ſive a ſummo Pont. ſive ab aliis inferioribus, qui tamen poteſtatem habeant condendi Juris, ſit profectum; Specialiter vero & proprie eſt ea pars Juris ſcripti, cujus auctor eſt S. Pont. vel in jure Civili Princeps. *1.5.6.8. & c.1.hoc tit.*

2. *Quotuplex eſt Conſtitutio?*

1. Alia eſt Civilis, alia Eccleſiaſtica. Civilis eſt, quam Princeps, aut qui eſt loco Principis, conſtituit. Cujus generis Conſtitutiones corpori Juris Canonici aut etiam aliis ſummorum Pont. Conſtitutionibus inſertæ legis ac juris obtinent auctoritatem.